de Ozeliarzowice vexillifero terrae Premisliensis eiusque legittimis successoribus iam extunc quantum pro interesse suo pertinet cedit et condescendit, omneque ius suum in eadem et illius successores transfundit et incorporat, praeterea et iam sibi extunc in tor dominium suum bonaque praefata dedit et admisit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per ministerium terrestrem quemcunque iam extunc per officium praesens ad id additum. Nihilominus praefatus Petrus coram [illegible] se et successores suos super omnibus bonis suis obligat inscriptionem praesentem ex his actis ad acta terrestria Premisliensia ad decursum unius anni transferre transportare similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere sub vadio summae centum duodecim florenorum pecuniae et quindecim grossorum monetae polonicalis. Pro quo quidem vadio praefatus recognoscens cum suis successoribus citatus, extunc a iure foro suis propriis quibusuis recedendo, coram castrensi capitaneali Premisliensi officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere. Ac pro praefato vadio omnibus exceptionibus, controversiis, praescriptionibus, suspensionibus, motionibus, appellationibus rerumque prosecutionibus, ad quietationem dilationem non pertinentibus, vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, poena trium marcarum et triplici parata ac aliis omnibus generaliter dilationibus legitimis impedimentis iuridicisque remediis remotis et in partem victis satisfacere cum suis successoribus tenebitur quando opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrae in praemissis obstante.

Dobrzechowska cedit de iure filio

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis Helena filia olim Nobilis Nicolai Chwal de Polnatycze relicta primi matrimonii Nobilis olim Joannis Piasseczki, secundi vero consortis Nobilis Stanislai Dobrzechowski cum consensu eiusdem mariti sui penes ipsam personaliter stantis, et ad infrascripta sibi libere consentiendo, a iure foro suis propriis quibusuis recedendo, huic vero iuri castrensi Premisliensi se ac ditioni se successores bonaque sua omnia quo ad actum praesentem incorporando et inviscerando mente et corpore sana existens, palam praesens expresseque recognovit. Quia de omni iure suo et inscriptione castrensi Premisliensi sibi per eundem Casparum Maczilowski super sorte in villa in villa Bozanka in districtu Pilznensi super summa quadraginta florenorum pecuniae monetae polonicalis facta et inscripta cum omni iure dominio proprietate, ac cum omnibus et singulis fructibus utilitati-

busque universis nil excipiendo, tuitionis evictionis possessionisque iurisque continuata, generaliter cum omnibus conditionibus in eadem inscriptione contentis Nobili Alexandro Piasseczki filio suo cum olim praefato Piasseczki procreato, quem summa praefata post olim praefatum patrem ipsius devenit legittime convenit, iam extunc cedit et condescendit, omneque ius suum quod cuique ipsam vigore inscriptionis praefatae concernit transfundit incorporat et inviscerat. Eandemque summam eidem dat donat inscribit perpetue. Nihilominus tamen praefata Helena in hoc reservat sibi usumfructum eiusdem summae ad libitum suum vigore inscriptionis dotalitialis, per praefatum olim maritum suum super eandem summam et alia omnia bona habita actisque castrensibus Sanocensibus inscripti. Et iam sibi extunc in tor dominium bonaque praefata dedit et admisit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per ministerium terrestrem quemcunque sibi elegerit ad intromittendum, iam extunc per officium praesens ad id additum. Insuper etiam praefata Helena se et successores suos super omnibus bonis suis obligat, inscriptionem praesentem ex his actis ad acta terrestria Premisliensia ad decursum unius anni transferre transportare similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere sub vadio similis summae quadringentorum florenorum pecuniae monetae polonicalis. Pro quo quidem vadio praefata recognoscens cum suis successoribus citata extunc a iure foro suis propriis quibusuis recedendo coram terrestri vel castrensi Premisliensi iudicio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere, ac praefato vadio omnibus exceptionibus, controversiis, praescriptionibus, suspensionibus, motionibus, appellationibus rerumque prosecutionibus, ad quietationem dilationem non pertinentibus, vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, poena trium marcarum et triplici poena, legalibus quibusuis impedimentis, ac aliis omnibus generaliter dilationibus iuridicisque remediis remotis et in partem victis satisfacere cum suis successoribus tenebitur quando opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Radilowski cum Blazowski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis Iwan Radilowski filius olim Nobilis Pauli Radilowski a iure foro suis propriis quibusuis recedendo, huic vero iuri castrensi Premisliensi iurisditioni se successores bonaque sua omnia quo ad actum effectumque inscriptionis praesentis attinet incorporando inviscerando subiiciensque mente et corpore sanus existens, palam expresseque recognovit. Quia se et suos successores super omnibus bonis suis bo-